

stolicam, quae poculum benedictionis, cui benedicimus, nominat κοινωvίαν sanguinis Christi: panem verò, quem frangimus, κοινωvίαν corporis Christi: 1. Cor. 10. 16.

118. Adversatur etiam Paulo, qui nusquam species nudas & accidentia panis & vini, sed ipsum panem & vinum nominat aliquoties.

119. Delirat porro, Corpus & sanguinem Domini tamdiu latere sub his accidentibus panis & vini, quamdiu ipsa apparent accidentia: Quod quanta cum absurditate imò blasphemia sit conjunctum, nemo tam bardus quin intelligat: nemo tam impius quin detestetur.

120. Deinde laborat idem commentum Absurditatibus rationis: dum partim repugnat sensum nostrorum κρίσει & iudicio, quod, uti de objecto proprio testimonium perhibere potest certissimū: Ita panem & vinum in ipso Eucharistiae usu esse & manere sana, sarta, integra, infallibili κρίσει iudicat: partim verò, ἀλόγως, καὶ ἀπειδέτως statuit, Accidentia panis & vini, nulli subiecto inherere: cum tamen hoc proprium sit Accidentium καὶ αὐτὸ, ut suum τὸ εἶναι habeant in alio.

121. Explodimus igitur hoc figmentum: explosumque cum malè feriat a Iesuitarum (Esauitarum rectius) colluvie, ad orcum & Rhadamanthi tribunal relegamus.